



 EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.
VII-
SIGNAT. 1810 CCXIII

**PRORECTOR
ACADEMIAE VITEMBERGENSIS
GEORGIVS
BEYERVS
I.V.D.PANDECT.P.P.CVRIAEC PROVINCIALIS
SCABINATVS EL SAX ET ORDINIS IVRID
ASSESSOR ATQ H.T.DECANVS**

CIVIBVS ACADEMICIS
S P D

Athanasiū, Epiphaniumque, cum Basilio quotiescumque consero, his in triumviris doctrinam solidam admiror ego quidem, eum tamen cultum, quem exquisitor literarum cura conciliat, in elegancia Basili filii non paulo maiorem, atque omnino talem reperire mihi videor, qualem uix ipse Gregorius, Nazianzi ornamentum, et Basili familiaris, expromat. IO· GEORGIVM NEVMANNVM cum recogito, rerum diuinarum scientiam uoces scriptaque tantam declarauit ille, quanta quidem in praecipuum cadat aliquem Theologum: eam tamen laudem tanto cultioris doctrinae studio cumulauit, ut in eruditioribus, et limatioribus, aeti nostri Theologis numeretur non inique, neque in paucis, neque in exiguis, rerum momentis Basiliū quendam nobis reddidisse videatur. Basilius Cappadociam, Neumannus Saxoniam ortu ornauit: ille Caefaream, hic Vitembergam doctrinā eloquentiaque sacra illustrauit: alter constantia tuenda ueritas tantum ualuit, ut Euſtachio Sebafeno, et factioni Arianae, magno refutari animo, et ubique par esset: alter cauſam religionis, ubi periclitari uidebatur, sic egit, ut eius, a corruptelis uindicande, studio nullam subterfugeret, uel molestiam, uel damnationem. Cum multa sint, quae praecelle traxit Basilius, eademque et diuinis oracula edita, et ab audioribus Gregorii Neocæſariensis, qui Apollolorum discipulos audierat, singulari fortunae beneficio accepta, atque in his non pauca, quae in suum conuerterit succum antistes ille Mediolanensis: tum illud memoria, et, quod ex illa aetate ultima, secus docentibus opponant, dignissimum indicauit. Philippus nostras, quo iustitia fidelis salutaris sic sempergitur ab hominis uirtute, et agendi ratione, in fine uila dubitatione, et apertissime, iolla fiducia gratiae, propter Seruatorem ineundae, criminis absolument. Hoc praecipuum doctrinæ, quae salutis consulit hominis, caput erat, quod magna uirium contentione, singulari cura, tuebatur Neumannus, cum caueret, ne quid sui fiducia, sanctitatisque perfusio noceret, neu quis gratias diuinæ subdissideret; ubi omnis sanctitas hominis, et explorata spes salutis, in illo posita est merito, fine quo nihil est cuiquam spei relictum. Varia scriptit, et reliquit, Basilius, nemo tamen horum uel leuiter attigit illa, quin miretur cœfigatum uiri iudicium, ordinem contextumque rerum concinnum, sententiarum perpunctuatum, et artem praecipienti dexterriam: illa, inquam, idonei doctoris ornamenta, quibus sic eminuit Neumannus, ut res causasque, difficultate impeditas, acie mentis facile persiceret, multisfridine, et uarietate, confutata scienter distingueret, obscuritate inuolutas enucleate explicaret, et quicquid afferret, id loco tradiceret, et exquisiret. Afflit, quod nemo dubitat, doctrinæ copias antistes Caſariensis, quam tamen laudem ne alius quidem detraxerit: illa uero non ita cum multis ei communis est, quod rerum uerborumque habet delectum, neque sententias accurauis se legit, quam explet oratione, et ambitionis dicendi genio, morati moderanteque iudicii cura, uiat quidem, rei tamē ornatum non spernit, ram fuaui et iucundus, ut ad delectandum natus, tam grauis, circumspetus, et uerecundus, ut id unum sequi, et agere, videatur. Profum, et tumultuarium, dicidi genus oderat, si quisquam, Neumannus, ieumum tamen, et male compositum, relinquebat inexercitatis, ipse uero, arte bene et cogitandi, et dicendi subducens, et, nisi maioribus fuisset destinatus, ad hanc facultatem naturali quodam bono genitus, grauitatem, et dignitatem, suauitate temperabat, parique prouidebat cautione, ne quid esset uel alienum, uel molestum, et, quantum rerum mouebat, pondere, tantum uoluptate aures, animosque complebat. Illecebras, quibus permulerentur aures, non animus exploreret, fugere didicerat a Paulo: sed artem acutius excogitandi, et aptius ornatiuque explicandi, in ueterum institutionibus non refugebar, et Aristoteleas praceptionis usum ad sanctioris argumenti accommodationem non adiungebar magis, quam uoce exemploque demonstrabar, eodem prorsus uel animo, uel instituto, quo ad legendos Graecorum libros cohortabatur Basilius. Hic quanta prudenter, tanta in rebus gerendis auctoritate, ueebatur, humanitate tamē feueritatem distinguebat, et supererabat fere, quantumque feueritatis in afferendo Dei honore, tantum moderationis, et facilitatis, in colendis uitiae officiis, adhibebat, sicut ipse Cappadociae praefecto in disceptatione, quam non sine admiratione uirtutis legimus apud Gregorium, profiteretur. Natura tribuerat Neumanno eruditatem corporis, et grauitatem moris: exempla doctrinae, integri moris, prudentiae, industriae, in grauioribus, et pluribus, Academicae muneribus, uel negotiis, spectatae, attulerant auctoritatem: nec deerat ardor animi, ubi acrius decertandum uidebatur: alio-

qui tranquillo uultu composita mentis indicium faciebat, et mitioribus sedatis
que moribus conciliabat potius animos, et flectebat, quam maiori concitatione
percelebat, uictus castigabat sine acerbitate, uirtutes uoce leniore, atque ad animos
delineandos apertissima, periuadebat, aequitatemque animi, et comitatem decora
quadam agendi uenustate non minimum commendabat. Basilius, paterna discipli
na institutum, Cappadocia transdidit Syriae, et Libanius, locuples doctrinae auctor,
ac princeps aeuī fui magister dicendi, excepti Antiochiae, culti liberali fixit, et lau
de scientiique cumulatum, Caesareae in Palæstina transmigravit. Byzantio Athenas,
quas fama nominis impluerat, uenit, et accessit quidem ad familiaritatem Himerii,
et Prohaereciū, tanta tamen exsplendit uirtute, ut ipse, et Gregorius Nazian
zenus, ipsiā iam doctoribus aequi pararentur, aut praeferrantur. Plus Neu
manni famae debuit patria, atque huic ille, Kalendi Maii, anno praecedentis
seculi primo et sexagesimo, in uincio natus agro Martio: patris tamen, IO GE
ORGII, iuri animo, et munere, quo sacra coetus illius diuini curauit, sancti, et
matris MARIAE, ortu Lobiae, feminae recti exempli, sed huius anni tam cu
mulatis incommodis, quae funera domestica, identidem repetita, filii ma
xime, perfugio fenectus sua erexit, attulerunt, afflictæ penitus, ac moerore
grauius prostratae, curam educationemque cunctis fortunis multo ha
buit potiorem, a quibus pie de Deo sentiendi, et recte uiuendi, exempla accep
pit. Quarto decimo aetatis anno, ex disciplina patris, qui hunc laborem non
defugerat, et alijs commixtum, auctoritate consilio que solebat regere, missus Zitra
rium Libanios, et si uera sapientia ponderetur sine superstitione, aliud quid multo
praefatnus, praeter ceteros, habuit in patre, filioque, Veifisi: quorum alteri Eliae
praeclarum indolem, obsequium, studiumque, ac proficiendi facilitatem, continuo
probauit: alterius Christiani, qui doctrina Lyceo praeerat, benevolentiam fibi
tantam conciliauit, ut hic, sagax ingeniorum existimator, et politus dicendi art
ifex, eum, patre iam mortuo, hoipotio, concurruque acceptum, fouveret be
nigne, et liberaliter haberet. Basilius, cum absenter, nihil pudebat Libanii, do
ctoris ueteris, ad quem cum literas dare soleret, misit epistolam, qua lecta, in
circulo eruditorum: uicti, inquit, sumus: ta Basilius est, qui uicit: is autem amic
us noster est, eaque re laetor. Neumannus, cum discederet, relinquebat Ve
fio pietatem filii, et scriptis crebrius literis, confirmabat, amicitiamque ad il
lius obitum omni officio tuebatur: at ille, felicitate, et honore, discipuli con
tentus, quantum huius et doctrina, et elegantiā, supereretur, non ignorabat, et
vinci se, palam gloriarabatur. Nam Georgius anno superioris seculi octogesimo,
quinto Kalendas lunias, adit Vitembergum, et rei gerendae tempus, quod ope
raverat, nactus, primo consili duce atque adiutore, Christiano Buchero,
postea Theologo Gedanensi eruditissimo, ad sapientiae studium se contulit,
tum, auctoribus studiorum egregiis, Kirchmaieris, Strauchiis, Stolbergii,
Roeh
renfeis, Donatis, Schurzleibchiis, Daflouis, tantis in uario doctrinarum genere
spatis processit breui, ut iam, anno primo et octogesimo, de sententia Pa
trum, solemni sapientiae laurea ornaretur. Auctus est honos ampliori digni
tate, cum adscriptus Ordini Sapientum, laudis gloriaeque theatrum, quod Athe
nis Basilius, hic apertum habuit Vitemberga: in quo tamen sic consuluit fibi,
ut non sois se se deaderet Himerius, atque Prohaerecius, sed eriam, cum ad fac
rum rationes studiorum referret omnia, Calouios, Meiseros, Quenstadios,
Deutschmannos, Loescheros, in primis Valtberos, affectaretur, et, quae a
tantis rerum diuinarum combiberat explanatoribus, ea docendi exercitatione,
cui nunquam defuit audiendum frequentia, confirmaret. Non traicit mare,
ut Basilius: in partem tamen felicitatis interpretatus est, illius transmittendi, et
tot adeundi pericula, caussam non habuisse, cum reperiret in Germania, quod
uel Basilio, vel alius, in disiunctis erat terrarum oris querendum. Fama Bel
beli, Schmidique, inuitatus, contendit ad Tribocco, et urrumque facilem, at
que instituti sui rationibus communodum, habuit, in huius etiam coniunctum re
cepitus est, illum uero, interiore consuetudine fibi deuincrium, Vitembergae uer
neratus. Inde praecipuas Germaniae Academias persagravit, et consecratus,
scrutatusque, doctrinæ thesauros, instructos, et expromptos inuenit in benevol
entia atque humanitate præstantissimorum hominum, quos et cepit modestia,
et doctrinæ exemplis in spem non mediocrem boni omnis erexit. Basili
um optarunt fibi Athenæ, sed repetit, et recipit, patria, et perfunctionibus
saceris, per diuersos, statosque gradus administrationis publicae, admouit quidem
Caesa

Caesarea: ille tamen, mutata sententia, in solitudinem Ponticam fecerit tantisper, dum reuocatus, uicariam sacerorum curam susciperet, ac tandem, relictam Eu-
febbi morte, antisibus prouinciam magna religione prudentiaque administraret.
Sperauit, recuperauerique, Neumannum Vitemberga, et, aperto fennel ad capellendam dignitatem adiut, cum annorum auctu honore fortunaque crescentem uidit,
cum primum, anno illius seculi nonagesimo, prouinciae tradendi artem Poeticarn,
tum Bibliothecae publicae, praeficeretur, et, anno altero et nonagesimo, Praece-
ptori suo, Doctorique Theologo eximiae commendationis, Michaeli Valthero, in
grauiissimo munere succederet, ac nominis amplitudine, qua meritum distinguit.
Theologia, ornaretur, poitea in Senatum huius loci lauriornem alligeretur, tan-
dem praeponeretur sacris, in Aede Academica, auctoritate maiori constituendis,
et regundis. Haec cum uidit, uidit et illum de singulis his muneribus tam bene
merentem, ut in eis nullam fidei, doctrinae, laboris, et prudentiae, partem deside-
raret, tam quoque sibi deditum, ut ad aulicas Dresdene coniectiones, Lubecam, et
anno c. 10cc lenam, euocatus, caritatem almae parentis suae lauriornis quibusque
conditionibus anteferret. Hanc enim laborum, studiorumque, sedem dele-
gerat, in hac etiam fortunae rationes constituerat, ducta primum in matrimonio-
num, anno praeteriti seculi primo et nonagesimo, CHRISTIANA ELISABETA,
natalibus Hoeltchia, uirgine uirtutis, atque elegantiae, insignis, et qua filium CA-
SPAREM HENRICVM, in iuris disciplina perindustrius, et LVDOVICAM
HENRICAM, mox a parte defuncram, suscepit: tum biennio post, quam-
obierat illa, BEATA CHRISTIANA, Gulielm Lyieri, lirisconis, posterorum memoria dignissimi, filia, et qua fructum cepit filiae, CHRISTI-
NAE SOPHIAE, nuper tamen admodum amissi non sine magni doloris sensu,
quacum uixit fine querimonia, et cuius fidem, amoremque, in omni fortunae
societate, ad supremum uitae tempus, maximum perpexit. Virtibus Bafili,
quibus nulla iaus defuerat, uitae deeraspatium, quod expluebat non minimum ille
quidem, longe tamen amplius merebatur: neque aliud hic desideramus in Neu-
manno, cum ad exitum eius accedimus inuiti, ac spei maiorum operum, que-
domi moliebatur, iacturam deploramus. Morbo, qui V. Kal. Septembres saevire
grauius in infectina coepit, et primendo postridie eius die accutus est, experientissi-
mus Artis sue Doctor, Heucherus, tum, malo febris ardore aucto, noctu in confi-
lum adhibitus, Archiater Regius, Bergerus: sed, debilitatis aegroti uiribus, et
corruptis fecum colluiae, quae compositae literataeque uitiae praemium effere,
uisceribus, id reliquum erat, ut, rebus, quod tristes submonebant medicis, hic delpe-
rat, de meliori uita cogitaretur. At ille, qui ante hac, intumescente gravis uentre,
de pluribus, et grauioribus, hypochondriorum molestis saepe multum que conquesitus es-
set, nihil iam commoueri, eademque acquitante animi ac magnitudine mortem expectare,
qua eius oppetebat, et expugnandas, rationem tradere solebat: tam felici eventu spejet
optat, accepto ad interpretare diuinam uoluntatis, L. de VVedig salutari pignore, et sum-
mo Saxonie Senatu lacro, Academias Patribus, Ordini suo, et Collegiis, quos in Senatu Ec-
clesiastico hic habuit, bene, et confianti in emendatione doctrinae studio, precatus, re-
liquis etiam, qui aderant, constanti, et diserta, oratione, quam a morente non expe-
ctauerunt, appellatis, et inter compunctiones ualere iussi, ipse sentibus integris, sine ulla
perturbatione animi, Nonis Septembribus, a meridi, anno octauo et quadraginta
mo, quem quadrimestri, totidemque diuum, spatio exceperat, decederat, tam placido lo-
pitus somno, quam Bafilius, commendato, uiebat, in manus Domini spiritu, acqueuit.
Qua hominum frequenta, quo complorantium moerore, quo optantium desiderio, fa-
ctum sit Bafilius funus, dicat Gregorius, familiaris eius: nos quidem, quantum Theolo-
gi detrimentum fecerimus, quam item grauis ex hoc cafu luctus, non solum ad familiam
necessitudinesque amplissimas, sed etiam ad optimum quemque, et castigantis facis
dedictissimum, peruenire, intelligimus omnes, et diem tam fatalem acerbissime lu-
gemus. Vix admonendi esset officii ueluti, CIVES, cum memineritis ipsi, quid quantumque
et Neumanniani, et Valtheriani, et Lyseriani, nominum, quae in unius domus
confuxerant decus, meritis debeat. Funeris pompa, ne hoc neficiatis, hodierno die,
hora prima stat, procedet ex domo Viri desideratissimi, et deducitur in Aedem Marianam,
ab Antistite, et Doctore, publica ueneratione digne, CASPERO LOESCHERO, non minori desiderio collegae coniunctissimi, quam studio salutaris, commentacionis, excipie-
tur. Hinc progressio in Templum Academicum, quo iam illatum est mortui corpus, co-
mitatu funebri, hic supremus felicitatis cumulus Diui memoriae accederet, ut diuersissimi,
et grauiissimi, laudatoris, VERNSDORFI nostratis, Doctoris ueluti, inter cetera ornamenta,
hac quoque dicendi facultate praefantis, oratione conuenientissima ornetur. Cum magnus
sit Bafilius, tum maiorem uidemur agnoscere, ubi, quantus fuerit, accepimus a Grego-
rio Theologo: ut sciatis, quid amiseritis in Neumanno, unum omnium maxi-
me Vernsdorffum audite.

P-P-Domini XVI Trinitatis, A. c. 10cc IX

Bang VI 1

= [Occasionalia Vol. 2.
Funeralia K.-R.]

X285598A

VON
M 18



**PRORECTOR
ACADEMIAE VITEMBERGENSIS
GEORGIVS
BEYERVS
I.V.D.PANDECT.P.P.CVRIAEC PROVINCIALIS
SCABINATVS EL SAX ET ORDINIS IVRID
ASSESSOR ATQ H.T.DECANVS**

CIVIBVS ACADEMICIS

ASSESSOR ATQ. H.T. DECANVS

CIVIBVS ACADEMICIS

ASSESSOR ATQ. H.T. DECANVS